

Böhmio ejusque scriptis ut id prolixè probem, non puto opus esse, hujus enim stylus, stylo epistolarum tam est similis, quam ovum est ovo, & ipse autor P. II. p. 38. fate-
tur se *Böhmio* magistro usum esse, imo vero ejus scripta
Scripturæ S. si non præfert, tamen omnibus gradibus
æquat. Sententiam de necessitate & sufficientia vocatio-
nis immediatæ, nostro etiam tempore, & præsentè ec-
clesiæ statu, item quod mediata non sit necessaria, sed il-
legitima, aliaque ex *Casp. Swenkfeldii* & *Weigelii* scriptis
hausisse videtur. Prior ille idem docet, tum alibi, tum in
epistola ad fœminam S. D. S. ejusque liberos & familiam
scripta, ubi *immediatam* vocationem esse necessariam,
mediatam autem plane non requiri ita probare vult:
Wenn Christus hätte sollen warten / desgleichen auch
seine gesante Apostel / auch Johannes der Täufer / biß
sie die Pharisæer und Schrifftgelehrten / zu Predigen
oder Schreiben hätten aufgestellet / so würden wir
warlich wenig rechtschaffene Lehre oder Glaubens
haben. *Valent. autem Weigelius* de vocatione mediata
& ordinaria Part. II. Postill. in homil. Dom. Quasi-
modog. hunc in modum scribit: Die von Menschen
erwehlet oder gesandt seyn / bringen keinen Heiligen
Geist mit sich / ihr absolviren und Predigen ist nichts.
In Homil. autem Fer. I. Pentec. mentem suam ita pro-
ponit: Wir sollen nicht Predigen / wir sind durch den
H. Geist getrieben. Magis aperte, & verbis ut solet
perspicuis hæc explicat Tremulantium patronus *Ro-
bertus Barclajus*, in Theologia, quam vere Christianam
vocat, quamque suo & suorum nomine Jacobo II.
magnæ Britanniæ Regi obtulit, in Apolog. Thes. X. §. II.
& 24.